Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1234
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ego confirmaui columnas eius. ℣ℙ.

Dixi iniquis: nolite inique agere: & delinquentibus: nolite exaltare cornu.

Nolite extollere in altum cornu uestrum: nolite loqui aduersus dominum iniquitatem.

Quia neq; ab oriente neq; ab occidente neq; a deserti montibus: quoniam dominus iudex est.

Hunc humiliat & hunc exaltat: quia calix in manu domini uini meri plenus mixto.

Et inclinauit ex hoc in hoc: ueruntamen fex eius non est exinanita: bibent omnes peccatores terrae.

Ego autem adnuntiabo in saeculum: cantabo deo iacob.

Et omnia cornua peccatorum confringam: & exaltabuntur cornua iusti.

INFINEM IN LAMDIBUS PSALMUS CANTICUM AMASSV